

infra vmbilicum inuoluunt, ne vltcrius aqua fluat. Baptizant autem alia quàm Christus docuit, forma, nempe sic, εἰς ἵνωμα θεῶ ἀκτιστοῦ, ὑοῦ κεκτισμένου, καὶ πνεύματι ἀγιαστικῷ καὶ ὑοῦ κεκτισμένου ὑοῦ κεκτισθέντι. Quare Spiritum sanctum nec sanctum vocant, nec Deum esse credunt. His verbis imprimis Theophronianos, Eunomianos baptizasse scribunt, in quibus quot sunt syllabæ, tot sunt blasphemix cõprehensæ. 6 Christum corpus tantum, non etiam animam assumpsisse humanam. Theodor. Dialog. 2. Inconfusus. 7 Honestam vitam à vera fide. i. res inter se inseparabiles diuellunt, & fructum ab arbore distrahunt, & omnibus vitiis non tantum impunitatem, sed etiam licentiam cõcedunt, abusi loco Ioan. 17. v. 3. Hæc est vita æterna, &c. Hoc fuit antiquum Seuerianorum hæreticorum dogma. Quanquam enim opera bona quæ Dei Spiritu impulsi facimus, non sunt salutis nostræ causæ, sunt tamen fidei nostræ effectus: quæ sine illis vera esse non potest, vel viua: Iacob. 2. Itaque à sese separari non possunt. Hæc sunt scetidioris Aetianorum & Eunomianorum vomitiones & venena.

## CAP. LV.

Apollinaristæ à quo primùm dicti. Erroris autem capita duo recensentur.



*Apollinaristas* 1 Apollinaris instituit, qui de anima Christi à Catholica dissenserunt, dicentes, sicut Ariani, Deum Christum carnẽ 2 sine anima suscepisse. In questione Evangelicis testimoniis victi, mentẽ  
(qua